aut eius Successores ad instantiam Supranominati Generosi
Matthiae Rolaiowski cessionarij sui aut eius posterorum
ad officium praesens Castren. Capitan. Premysliensis exhinc
reipsa supra se ero quoad respondendum spectat mediante
semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio
stare iuri parere respondere vadium praetactum lu-
ere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati
debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia
inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum pri-
mum peremptorium et alios omnes exinde consequen-
tes eiusdem Terminos semper peremptorios vera
infirmitate promotione minorennitate Successorum lega-
tione intra vel extra Regnum servitio militari ad mu-
nimenta ad evictorem vel alijs quibusuis dilatio-
nibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad
Quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castren.
Capitan. Premysliensis Terminos dilationem sibi non reci-
piendo nulla sque motiones appellationes alearum prose-
quutiones faciendo praemissaque omnia poenis simpli-
cibus vel duplicatis evasioribus suspensionibus
fatalis Juris praescriptione Terrestri bello conventioneque
ac alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non sub-
terfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Haec sua
praesenti personali recognitione ad ipsa mediante.

Feria Sexta ante Festum Sancti
Martini Pontificis proxima
Anno Domini Millesimo Sexcente-
simo Septuagesimo. 7/XI

2019

Chylinskich Coniugum Mutua Aduitalitas.

Comparentes personaliter coram officio et Actis prae-
sentibus Castren. Capitan. Praemysl. en. Generosi Paulus
Chylinski ab una et Cathenna Slowinska parte ab altera
413 Coniuges legittimi sani mentibus et corporibus existentes
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq. Suis
quibusuis propriis et competentibus recedendo Praesenti
vero Castren. Capitaneali Praemysliens. Iurisdictioni quo
ad actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis
Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atq. Subijciendo palam libere publice ac per ex-
pressum recognouerunt et quilibet illorum Suo pro interesse
Seorsim recognouit. Quia ipsi et quidem Consors cum ipso
facti manu Sui viri Tutoris Coniugalis personali assisten-
tia et volitione ad infrascripta recognoscenda consen-
su sibi mutuo et inuicem vna Pars alteri omnium gene-
raliter bonorum Suorum mobilium et immobilium here-
ditariorum et obligatoriorum Summarumq. quarumuis pe-
cuniariarum nec non auri argenti clenodiorum vnionum
margaritharum vestium vestimentorum tum stanni aeris
cupri orichalci pecorum pecudum equorum equitiaturae to-
tius supellectilis domesticae in qualung. forma et mate-
ria existentis nunc habitae et post habendae mutuam
aduitalitatem et vsumfructum ad extrema vitae ipsorum
eorum tempora tantummodo et non vltra concesserunt
inscripserunt et assignauerunt prout inscribunt
concedunt et assignant praesentibus. tali videlicet
modo et conditione. Quod Siquis praefatum Consortium

Paulum Chylinski maritum quam ipsam Generosam Cathennam
Slawinska Consortem ipsius mori et de hac luce decedere con
tigerit extunc eadem Generosa Cathenna Slawinska Consors
sua bona supradicta omnia et summas pecuniarias morte
praedicti mariti sui derelinquendas cum omni eorundem iure do
minio et proprietate competentiaque et praerogativa quavis omni
busque et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit
habebit et possidebit illisque quiete et pacifice fruetur ad
extrema duntaxat vitae suae tempora. Post fata vero prae
fatae Generosae Consortis extunc praedicta bona et res gene
raliter omnes in serie praesenti subiecta morte praedicti
mariti sui derelinquenda ad successores praenominati mariti
sui sine quovis impedimento et contradictione successorum prae
dictae Consortis suae totaliter et plenarie devolventur. Simi
liter quoque si prius praefatam Generosam Generosam Ca
therinam Slawinska Consortem suam quam ipsum Ge
nerosum Paulum Chylinski maritum suum mori et de
hac luce decedere contigerit extunc idem maritus bona
supradicta generaliter omnia morte praedictae Consortis
suae derelinquenda cum omni iure dominio et proprietate
tenebit habebit et possidebit illisque quiete et pacifice
ad extrema duntaxat vitae suae tempora usufruetur. Post
mortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui
extunc bona supradicta morte eiusdem Consortis suae
derelinquenda ad successores suos sine quovis impe
dimento et contradictione successorum mariti sui tota
liter et plenarie devolventur. Ipsis suis praesentibus
personalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus